Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



286

sicut mihi pater meus
regnum ut edatis et bibatis super mensam meam
in regno meo: et sedebitis super thronos iudicantes duodecim tribus
israel. Ait autem dominus simon: ecce satanas expetiuit vos ut
cribraret sicut triticum.
Ego autem rogauit pro te:
ut non deficiat fides tua.
Et tu aliquando conuersus
confirma fratres tuos. Qui
dixit ei. Domine: tecum paratus sum et in carcerem
et in mortem ire. At ille
dixit. Dico tibi petre
: non cantabit hodie
gallus: donec ter abnegges nosse me. Et dixit
eis. Quando misi vos
sine sacculo et pera: et
calceamentis numquid
aliquid defuit vobis?
At illi dixerunt. Nihil.
Dixit ergo eis. Sed nunc
qui habet sacculum: tollat
similiter et peram. Et qui
non habet: vendat tu
nicam suam: et emat
gladium. Dico enim vo
bis: quia adhuc hoc quod
scriptum est oportet im
pleri in me. Et cum in
quis deputatus est. Et
enim ea que sunt de me: finem habent. At illi di
xerunt. Domine: ecce duo
gladii hic. At ille dixit
eis. Satis est. Et egres
sus ibat secundum consue
tudinem in montem oli
uarum. Secuti sunt autem